

*commotus, suo cum genere conqueritur aquilæ vim, & ut
quiisque sibi idem, quod ipse pertulerit, accidere posse co-
gitet, neque illud facinus impune ferre aquilam sinant,
hortatur. Ita concordi illi studio ad eruendam arborem,
in quâ nidularetur aquila, conveniunt, & egestâ à radi-
cibus illius terrâ, omniq[ue] circum eam solo specubus exca-
vato. Ita impulsa arbor levi flatu paulò post in terram
prosternitur. At pulli aquilini partim ruinâ partim raptu
terrestrium ferarum interière, & orbitati cuniculi gra-
tissimum spectaculum præbuere.*

Docet fabula, ne quis potentiam aut viribus
fretus alium quemlibet despiciat: nam & infir-
mitatem saepe acceptas injurias ulcisci.

Ovis & Pastor.

Expostulabat cum pastore ovis quodam tempore,
quod non contentus omne lac emulgere, sibi lanam
etiam detonderet & cuticulam nudaret: atque inter
bac & maledicere illi audebat. Tum pastor iratus, arri-
puit agnum primigenium illius & macavit. Ovis etiam
pœnâ, ut multi solent, reddit a commotior, Quid ergo
nunc restat, inquit, quod malefacias? Egone tibi, inquit
pastor? Te etiam ut jugulem ipsam, & pellem detraham
de corpore tuo, carnibusq[ue] postis ossa tua projiciam cani-
bus, & pellem tradam macerandam pellioni. Siluit igitur
ovis majorum malorum metu repressa.

Fabula subjicit præceptum moderationis, ne
indignatione irriterimus adversa, *λαντίζοντες*. Docet hoc quoque, gravibus
malis